

sunt Ausones ab Ausone Vlixis filio post Troianū excidiū. Pisi teste Plinio in. vi. naturalis historie/ a Pisa oppido Archadie/ p̄terfluente Alpheo amne dicti: qui ut ait in. iii. libro condiderūt Pisas in Etruria: dicēte Virgilio in. x. Eneidos. Hos parere iubent Alpheę ab origine Pisę: urbs Etrusca solo. Strabo in. v. dicit/ q̄ eā condiderūt socii Nestoris qui dicti sunt Pili. Sed prebuit ei errorē urbs Pisis uicina: ab his Piliis condita/ & dicta Pilia: & ab Etruscis Capilia. Ca enī deriuationē Etrusce significat: ut Capenianum: Caferonianā: Capenas: Capilia: idest orti a Peniis: Feroniis & Piliis. Proferimus nūc corrupte Campenianū: & Campiliā addito. m. sicut corrupte proferimus Campitoliū pro Capitolio. Oropitū uero est urbs Achaie: ut patet in Ptolomeo. Per sincopā nūc proferimus Orpitū: & mutata. p. in. b. Orbitū ut protulit Desideri<sup>9</sup> rex in decreto exciso in Alabaustro. Est autē Orpitū in Thuscia urbs propinqua Volturnę atq; Volsinę. Achei ab antiquo rege Achaie dicti. Hii teste Iustino Perusinā portionē condiderūt/ duce Vibio/ ut inscriptio quedā lapidis Perusię indicat. Nā primā eius partē condiderūt Perusini: idest Griphonii Armeni: ut auctor est Berofus: alterā uero Turrhenus Meon: uti scribit Appianus de bellis ciuilibus. Vnde est Perugia tripolis. Enianos uocat Plutarchus Enetanos: & Xenophon Enaphos. Eniani fuerūt Pelasgi sic dicti ab amne & Eniphea regiōe Thessalie: ubi fuit preliū inter Pompeiū & Cęsarem: dicēte ipso Pompeio apud Lucanū li. vi. Sanguine Romano q̄ turbidus ibit Enipheus. Et itē. Et iuxta fluuios & stagna undantis Eniphei. Hii Eniani cōdiderūt in Thuscia ferme. xii. miliario distantem a Roma/ a se dictā urbem Enianā: quā epitheto etrusco uocauerūt Larthenianū: idest principē & metropolim Enianū. Postmodū ut in aliis comentariis uidebitur: Etrusci Vei eiectis Pelasgis: adiecerūt cognomen Veiens. Pelii fuerūt incolę montis Thessalie/ qui Pelion dicit: ubi Chyron habitauit: Et celebratū fuit conuiuū Tetidis & Pelei: a quo mons Pelion & Pelii incolę. Hii Pelasgi Emonii sunt: & incoluerūt in Thuscia montē iuxta Orpitū: quem adhuc Peliam dicimus: sed eius amnē peliam/ corrupte paliam pronūciamus. De aliis gentib<sup>9</sup>: quas Myrsilus nominat & extra Thusciam sunt: legat comētaria qui uult nostra/ sup Sempronii: fragmenta Catonis: & Berofum. Nūc ad originē Turrenōꝝ ueniendū est: de quibus est principale institutum Myrsili: qui duo facit. Primo recitat opinionem aliorum de Turrenis. Secundo maximis ac ualidissimis argumentis reprobat eam. Primo igitur sic refert dicens.

**Turrenis originē quidē suspicant fuisse a Lydis. Existimant enī Atu regi Meonie prognato Herculis & uirgīs Omphales filie Sardane regine Meonum: fuisse geminos Lydum & Turrenū. Cum regnum neq;**

Strabo in. v. fere eadem dicit: excepto quia non nominat/ ad quā portionē Thyberis Thurren<sup>9</sup> cōsederit. Dionisius itē Halicarnasensis i primo libro refert hāc opinionē fuisse Herodoti & aliorū: q̄ ut insinuant Dionisius & Myrsilus: sic argumentabant. Vbi hactenus & etate nostra sunt urbes Meonie & Turrenie appellate

Strabonis er

Desideri<sup>9</sup>

Luc.

Pelia